

mitate oppressis inimici insultant: à σαρξὶ ζωῶ ἀμαρτυ-
lentè irrideo sive morsis labris (canum more) subsanno. ut,
Matth. 4. Si Filius Dei es, dic ut hi lapides panes fiant. Matt.
27. Vah qui destruis templum, & tribus diebus iterum edificas
illud. Serva te ipsum: si filius Dei es descende de cruce! 2. Sam.
15. Egredere, egredere vir sanguinum.

Antiphrasis est dictio per contrarium intelligenda,
ut, 1. Cor. 8. Scio quod omnes scientiam habemus, q. d. scilicet,
Hinder sich. Lucus à luce nomen habet, sed contrarium si-
gnificat, quasi minimè lucidus. Bellum à pulchro, cum minimè
bellum. Parca à parcendo, cum nulli parcant. Furia infernales
dicuntur Eumenides, id est, mites cum minimè sint mites. Ve-
rùm ista partim ad notationem Logicam, partim ad Ironiam
pertinent.

Μυκτηρὶς est subsannatio, quæ fit gestu magis
quàm verbis, μυκτηρ quod nasum seu nasi foramina signifi-
cat, unde μυκτηρὶ ζεταὶ adunco naso aliquem suspendere,
einen vnder die Nase vexiren.

Χαερὲν ἢ Ἐμὸς cum dura mollioribus verbis per jo-
cum notantur, ut cum dico: Hei bona verba quæso.

Ἄστυς longè petitus, & ἀστυδοκνῶς jocus
est.

Ἄκχις est dissimulatio recusans, quæ maximè
cupit: instar vulpeculæ percutientis cauda arborem, & nullis
decidentibus piris, abiens respondit, non cupio. Ich begehr
jhr nicht / sie sind sauer.

Mimesis est, qua alterius verba aut gestus imitamur.
ut Coloss. 2. Ne tetigeris, ne gustaveris, ne contractaveris. Vbi
Apostolus μίμηξὼς leges traditionum humanarum de
certis diebus festis & cibis recitat. Esa. 28. Manda remanda,
manda, remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, mo-
dicum ibi, modicum ibi. Vbi Propheta per μίμηξὼς impio-
rum ipsum ridentium & subsannantium voces repetit. Sic
Esa. 14. Illustris mimesis est orationis, qua ceteri Reges in in-
ferno Babylonicum regem excipiunt. Verùm hæc & aliæ Ironiæ
species sunt, ideòq; eidem subjiciuntur. Quanquam & Mime-
sis